

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quæ peccata reseruata sint tum à Pontifice, tum ab episcopis, tum à Prælatis regularibus. §. 2

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

tibus concessa est. Quocirca superior, qui potius in subditum perniciem, quam in illorum fauorem (quod praesumendum non est) causis sibi referuaret, grauiter peccaret: quia & subditos irrationaliter grauaret, & difficultem sacramenti vnum reddebat.

2. Sed, an ea referuatio absque causa effectum habeat, satis est apud Doctores controversum, ut videtur potest apud Suarez tom. 4. de penitent. disputat. 29. section. 4. Et quidem, si verum est, omnem iurisdictionem non solum Pontificis, sed Episcoporum, & Parochorum, a iure diuino immediate prouenire, tametsi Pontifici subordinata; nullatenus valida est referuatio irrationaliter abPontifice, vel Episcopo facta. At, quia verius existimat, solam iurisdictionem pontificiam in omnes fideles a Christo immediate manasse: ex illa vero ad Episcopos, deinde ad Parochos, iuxta Pontificis voluntatem descendere, si de facto Pontifex Episcoporum potestatem vellet restringere, & Episcopi vellet potestatem parochorum limitare, plurimum patet, restricta, & limitata est. Atque ita docent Fagundez de secundo Eccl. precepto, lib. 8. cap. 1. n. 25. Suarez. disp. 29. sect. 4. & Gid. de Coninch. disp. 8. de penit. dub. 11. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. c. 12. n. 5. q. 3. & alij apud ipsos.

3. Ex his infertur, eti aliquorum peccatorum venialium absolutionem sibi referuare possit Pontifex, cum omnis iurisdictione in alios Praelatos a Pontifice deretur, uti docent Suarez. disp. 29. section. 3. & Gid. de Coninch. disp. 8. dub. 11. n. 80. inutili tamen est ea referuatio; partim, quia sine eorum manifestatione absolutio sacramentalis obtineri potest; partim, quia alia via, quam Sacramento, illorum venia potest impetrari. Episcopos vero, alioquin Praelatos Pontifice inferiores, verius credo, nullius peccati venialis absolutionem referuare posse: quia uniuersali Ecclesiæ confuetudine, quam nullus Praelatus inferior Pontifice derogare, aut limitare potest, omnibus sacerdotibus concessa est potestas a peccatis venialibus absoluendi, sicuti notauit Coninch. supra, Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 12. n. 3. concil. 2.

4. Secundò infertur, eti Pontifex, in modo Episcopus, alioquin Praelati peccata mortalia interna referuare possint, cum a Pontifice omnes Episcopi, & ab Episcopis omnes parochi iurisdictionem accipiunt; at ea referuatio nunquam facta est, neque expedit fieri: quippe ad gubernationem Ecclesiæ, quæ præcipuum exteriora reficit, vtilis esse non potest. Atque ita docent Suarez. disp. 19. sect. 3. Henriquez lib. 6. cap. 14. s. 5. Sanch. lib. 5. sum. cap. 8. num. 4. Coninch. disput. 8. de penitent. dub. 11. sum. 29. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. c. 12. n. 3. Valq. quest. 91. art. 3. dub. 3. & alij apud ipsos. Quocirca solum peccata externa mortalia, non quidem omnia, sed atrociora, & grauiora referuari expediri.

5. Verum, quia in Religionibus, ut ipso statutum perfectio- nis propter beatitudinem, timeri poterat, ne earum Praelati nimiam calum reservationem constituerent, Clemens VII I. quodam motu proprio, edito anno 1591, prouidit, ne ultra vndeclim casus, quos ibi enumerat, & puncto sequenti referemur, posset Praelati alios sibi referuare, nisi de consenso generali Capituli, vel Congregationis prouincialis: in quo decreto, vt bene aduertit Suarez tom. 4. de relig. tractat. 8. lib. 2. cap. 18. numer. 14. nullum est verbum superioribus præcipientis horum, vel aliecius ex illis casus reservationem; sed præcepimus eti, ne alii, quam ibi designati, referuentur nisi de consenso Capituli generalis, vel prouincialis: illos verum casus, & quemlibet illorum, tum Generali in toto Ordine, tum Prouinciali in sua prouincia, tum Praelato conuentuali in suo Conuento permittit referuare, si alii potestati referuandi habeant. Quid dixerim propter Societatem, in qua sola Congregatio generalis, non prouincialis, referuandi potestate gaudet: quia sola ipsa, & non prouincialis potestati iurisdictionem habet, ut dicitur canon. 15. Congregat. 5. & tradit Suarez tom. 4. de relig. tractat. 10. lib. 8. c. 5. num. 4.

6. Solum est graue dubium, an superiores possint aliecius peccato, præter supradicta designata, excommunicationem annectere, cuius absolutionem sibi referuunt. Affirmat, & sati probabilitate Suarez dicto 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 18. in fine, num. 17. Fagundez de secundo Eccl. precept. lib. 8. cap. 4. n. 5. Quia Pontifex solum referuacionem alterius peccato a desig- natis prohibuit, non censuram, quæ a peccato est distincta: & à diuersis, præcipue in materia odiosa, non est facienda illatio. Alias nequirit Praelatus, sub pena excommunicationis specialiter late præcipere Religiose seculum, vel aliam regularem obseruantiam contra communem vnum, & præximam Religionem, in quibus haec singularia præcepta sub censura feruntur: siquidem postea ea excommunicatione nequit aliis à superiori transgredirem absoluere, cum nemini dato sit potestas absolviendi à censura per speciale sententiam latam, nisi ei, qui censuram cult, vel illius superiori. Quid si non obstante Clementis prohibitione potest superior excommunicationem per sententiam specialem delicto annectere,

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars IV.

cuius absolutione sibi est de iure referuata, eadem ratione poterit excommunicationem per sententiam generalem ferre, cuius absolutionem sibi speciali decreto referuerit, cum huius referuatio distincta sit à peccati reservatione pontificio decreto interdicta.

7. Neque obstat ex reservatione censuræ peccatum referuatum esse: quia eo casu solum est referuatum per accidentem, quatenus nemo potest licet à peccatis absoluiri, quin prius à censura absoluatur; sed non est referuatum per se, si enti solent esse referuata peccata, tametsi censuram annexam habeant. Quocirca, si bona fide penitentis confiscatur alias habent iurisdictionem, peccata, quæ per se non referuantur, sed solum per accidentem censuræ; ab illis absoluuntur, tametsi à censura non fuerit absoluiri. Secundò est dicendum, si confiteatur peccata, quæ per se, & immediatè referuantur, sicuti docuit Sanch. libr. 2. summ. cap. 8. numer. 5. Suarez. disputat. 29. section. 3. num. 8. Coninch. disputat. 8. de penit. dub. 11. num. 83. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 12. n. 2. Fagundez de secundo Eccl. precepto, lib. 8. cap. 1. n. 3.

§. II.

Quæ peccata referuata sunt, tum à Pontifice, tum ab Episcopis, tum à Praelatis regularibus.

1. Quæ peccata sunt Pontifici referuata.
2. Quæ referuntur communiter Episcopis.
3. Non intelliguntur prædicta referuata, quo usque completa sunt.
4. Qualiter intelligatur homicidium voluntarium, quod referuari solet.
5. Qualiter falsum testimonium in iudicio.
6. Qualiter pondarum, mensurarum monetarum adulteratio, seu corruptio.
7. Qualiter violatio libertatis Ecclesiastice.
8. Qualiter crimen incendiary.
9. Qualiter blasphemia publica, & notoria.
10. Qualiter percussio filij parenti facta.
11. Qualiter abusus sacrarum rerum ad magicas artes, &c.
12. Qualiter procuratio abortus.
13. Qualiter expositiō infantium.
14. Qualiter contractus matrimonij in gradibus prohibitis.
15. Qui sunt casus, qui in Religionibus permituntur referuari.
16. Explicatur primus, & secundus remissione.
17. Tertiū, qui est nocturna, ac fortius egressio, expeditus;
18. Quartus de proprietate contra votum pauperis, & de teste testimonio falso declaratur.
19. Sextus de procuratione ad abortum.
20. Septimus de falsificatione manus, seu sigilli Officialis.
21. Octauus de furto rerum Monasterij.
22. Nonius de lapsi carnis opere consummato.
23. Decimus, occiso, vulneratio, seu grauis percussio.
24. Undevicesimus, retardare, vel impedire litteras Superioris ad inferiores, vel e contra.

1. DE Pontifice communis est sententia, nullum peccatum sibi referuatum esse, quod excommunicationem annexam, & sibi referuatum non habeat, vi latè probat Suarez. disp. 29. sect. 2. Quia autem haec fint, expendimus, cum de excommunicationibus Pontifici referuatis loquemur. Sublatè ergo excommunicatione, vel illa per ignorantiam non intenta, peccatum, esto grauissimum sit, referuatum non est, quia non aliter quam simul cum censura referuatur, sicuti docuerunt Henric. lib. 6. cap. 14. num. 1. Coninch. disput. 8. de penitent. dub. 11. num. 81. Valq. quest. 91. art. 4. dub. 1. Sanch. lib. 2. sum. cap. 8. num. 5. Layman. cap. 12. num. 2. Durante tamen excommunicatione, non solum ipsa, sed & peccatum per se, & immediatè referuatum est, ita ut ab alio, quam ab eo, cui censura referuatur, absoluiri non possit, vt bene Coninch. n. 8. Sanch. Suarez. & Layman. supra notarunt.

Excepit Gid. de Coninch. d. disp. 8. dub. 11. n. 82. promouentes, & promotois ad Ordines simoniae, quorum peccatum Sixtus V. in Bulla data anno 1589 sibi referuatur; tametsi excommunicationem prædicta peccato non annexat. Sed non est admittendae haec exceptio: quia esto Sixtus V. prædicto peccato excommunicationem referuatum non imposuerit; potesta tamen est in Extraug. 2. de Simonia.

2. De Episcopis non est constans sententia, an sint aliqua peccata iure referuata, vt videtur est apud Sylvest. verbo, Casius. Nauart. cap. 27. num. 262. Rodrig. t. 1. quæst. regular. quæst. 61. art. 2. Fagundez de secundo Eccl. precept. lib. 8. cap. 2. à m. 1. Suarez. disp. 29. section. 3. Tolet. lib. 3. cap. 14. Nam icto, quatuor casus enumerentur in Extraug. Inseruntur de priuilegiis post medium, de facto Episcopis non referuatis, sed solum affteritur, ab

N. Episcopis

Episcopis referuntur solere. Quapropter cuiuscunque diœcesis statuta, & consuetudines spectant a sunt, vii dixit Caietanus verbo, *Casuum referuntur*. Communiter autem sequentia solent referuntur, teste Barbosa alleg. 50. Primo, homicidium voluntarium, tametsi occutum. Secundo, falso testimonium in iudicio, sive in gratiam, sive in alicuius damnum. Tertio, adulteratio, seu corruptio statuta, mensura, aut moneta. Quartus, libertatis, seu immunitatis Ecclesiasticae violatio. Quinto, domorum, vel segerum incendium, vitium, vel arborum alienarum, causa damnificandi, incisio. Sexto, blasphemia publica, & notoria. Septimo, parentum percursum. Octavo, abusus Eucharistie, sacramentumque rerum ad beneficia, superstitiones, & similia. Nono, abortus procuratio. Decimo, expeditio infantium piis locis, cum expositos habeant, vnde eos alant, neque damnum resarcierint. Undecimo, qui matrimonium contraxerint in gradibus prohibitis.

3. Prædicta non intelliguntur referuntur, quousque iuxta Constitutionis tenorem completa, & perfecta sint, ut docuerint Sylvestri verbo, *Casus queſt.* Graffii 1. part. decim. lib. 1. c. 13. num. 71. Henriquez lib. 6 sum. cap. 14. num. 5. quia referuntur est odiosa, ac proinde in omni proprietate verba delicti, accipi debent. Quod discurrendo per singulos casus manifestum erit.

4. Cum reseruantur homicidium voluntarium, solum censeri debet reseruantur, quod ex voluntate occidendi commissum fuerit, iuxta leg. 1. ff. de *sicariis*. Quintum exigitur, non comprehendere mandantem, confidentem, vel auxilium homicidæ præbentem; quia verè, & propriè non occidunt; tametsi fictio iuri mandans, & mandatarius, confusiles, & confusiles eadem persona censentur, cap. *Qui per luxuriam de regul. iuris in 6. leg. 1. 8. De exercit. ff. de vi. & vi armata.* cadémque pena puniantur, ut multis comprobatur Farinac. *Praxis criminis. 5. part. queſt. 129.* & 135.

5. Secundo reseruantur soler falsum testimonium in iudicio; tum, si falso ibi dicatis, ut testis, tum, si legitimè interrogatus veritatem celestis, iuxta cap. 1. de *crimine falso*, & tradit Aloysius Riccius in *praxi aurea*, *reſolut. 216.* in *princ.* Debet tamen falsitas circa substantialia cause versari, non circa extrinseca, & ad causam principalem parum pertinentia. Quia ex falsitate circa extrinsecum nemo dicitur falsum, neque eius dispositio vitiatur, sicuti tradunt *Alexand. conf. 88. n. 195.* *Cesar. de Graffii dec. 75. n. 9.* *Farinac. 2. part. prax. queſt. 97. n. 159.* & seqq. Aloysius Riccius in *praxi aurea*, *reſolut. 216. n. 2.* *Salzedo in addit. cap. 96. vers.* Secundo, Barbosa alleg. 50. n. 34. Præterea debet testimonium falsum cedere in vilitatem, vel damnum alicuius, aliquo penae ordinaria non punitur, neque sub testimonio falso in statutis comprehenditur, vt docent Menoch. *de arbitriar. casu 306. num. 10. 23.* & 30. Couatr. in cap. *Quamvis pactum. de pacta in 6. 1. p. 8. 7. n. 9.* *Farinac. de falso. queſt. 150. n. 291.* *Barbos. dicta allegat. n. 50.* Quocirca, si testimonium, quod falso protulisti, nullum ex aliquo capite fuerit, cessabit illius reseruatio: quippe in nullius vilitatem, aut damnum cedit, vt bene, aliis relatis, nonaut Barbos. de alleg. 50. n. 47.

6. Tertio, reseruantur ponderum, mensurarum, monetarum adulteratio, seu corruptio, sub qua reseruatio non censetur reseruatus vius adulterator mensura, corruptare moneta, & à fortiori neque vere indebet iusta mensura: quia etsi his viis falsum committat, leg. 1. ff. ad leg. *Cornel. de falso*; leg. *Maiorem. Cod. eodem titulo*; tamen quia est quid distinctum, & in penalis non est extensus facienda, sub reseruacione comprehendit non debet, vt bene notarunt Lelius Zecchius *de casib. reseruatis. casu 18. vers. His ita praemissis. Gambarupta. de cas. reseru. fol. 114. num. 3.* *Barbos. allegat. 56. num. 47.* Igitur pondus, mensuram adulterator, seu corruptor, qui ad viam falsa pondera, & mensuras expavit. Monetam vero, si loco viuis metalli aliud substituat, quia etsi corruptio, seu falsificatio quoad substantiam, leg. *Paulus. ff. de solutionibus*. Item, si eam quoad pondus minorem faciat, leg. 1. ff. de *contrabenda empi*. Præterea, si absque legitima autoritate excuderit, iuxta leg. *Sine nomine* & leg. *Qui nomine* ff. ad leg. *Cornel. de falso*. Denique, si monetam auctoritate Principis concessam torquerit, seu rafelerit: quia absolute adulterator, seu corruptor. Arguit ita hos omnes casus reseruari docent Gambarupta num. 9. *Barbos. num. 37.* Solum est dubium de pondente, seu inutilitate monetam, quam certò sit iam pondus excedere, an grauietur peccatum, & adulterator, seu corruptor moneta dicatur. Negare videtur *Massilius* leg. *Qui falso* num. 109. ff. de *falso*. *Alciat. conf. 46.* quatenus affirmant, hunc inutilitatem nullus penitus subiacere, vptore qui neminem laedit. Sed verius est sententia Menochi. *de arbitriar. casu 316. a. num. 36.* affirmantis, esse verum moneta corruptorem, & malefactem Principis laedere, cuius officium, & auctoritatem viupar, penäque, saltem arbitria, puniendum. Etenim nemini abque Principis auctoritate datum est, monetam in publicum missam immutare: aquae ita esse casum reseruatum docuit Barbos. de poreb. *Episc. alleg. 50. n. 60.*

7. Quartuſ ſolet reſeruari immunitatis, ſeu libertatis ecclieſiaſtice violatio: quod qualiter contingat, latè diximus tract. 11. & 12. huius operis. Solum aduerto cum Barbosa n. 72. violentem libertatem ecclieſiaſticam per statutum, non reſeruationem episcopalem, ſed pontificiam in Bulla Cœna Domini contentam incurrit.

8. Quinto, in crimen incendiarii reseruatum incidit, qui propria autoritate dominum, vel leges alienas, malo animo incidunt, cap. *Cum deuotissimam. 12. q. 2.* & tradit Gambarupta de casib. reseruatis. casu 5. n. 1. fol. 198. Secundus, si caſu contingat, tametsi ex lata culpa. Similiter, non qualiter viris, ſeu arboris incisio reseruatur, ſed quæ facta est ex odio, caſa, inquam, danni, vel iniuria inferenda. Vnde si arbores incidunt, cuſiſti, vel euſiſas rapuisti, ut tua commoditati conſuleres, etiſi furum committeris, & contra iustitiam peccaueris; caſus tamē reseruatus non eſt, vt bene Gambatupt. *dicta caſu 5. n. 4.* *Barbos. alleg. 50. n. 84.*

9. Sexto, incidit in blasphemiam publicam, & notoriā reseruari, in publice, & notoriē, ita ut nulla tergiversatione celari posſit, blasphemaueris in Deum, vel eius Sanctos. Quotupliciter autem blasphemia contingat: vide dicta tract. 17. de *vitiis relig. oppoſit. diſp. 2. part. 2.*

10. Septimo, ſub percusſione filij facta parenti reseruata, credo comprehendere eam percusſionem, que comparatione filij, & ſpectata reuertentia, quam parenti exhibere debet, gratis eſt, tametsi comparatione aliorum leuis eſt iudicanda: quia concurrunt omnia, que reseruationi ſunt necessaria: & tradit Gambarupta de casib. reseruatis. fol. 211. num. 2. *Barbos. dicta alleg. 50. num. 113.* vbi bene aduertunt, ſub predicta reseruatione non contulerit, ſi manu contra patrem leueatur, quia etsi percusſionem attentauerit, de facto non percussit.

11. Octauo, abusus sacramentum rerum ad magicas artes, veneficia, ſuperſitiones, &c. de quibus dixi tract. 17. de *vitiis relig. oppoſit. diſp. 1. & 2.*

12. Nono, procuratio abortus, debet tamen conſtare mortaliſt, ſicutum animatum eſt. Nam ſub dubio eſto irregularem conſtituit, caſus reseruatus non eſt.

13. Decimo, expeditio infantium locis piis, cum commode ab exponentibus ali poſſint: quia eo caſu graue peccatum committitur, iuxta texti, in c. vnic. de *infantr. expof.* At a reſeruatione exculcatur, ſi ſumptus fuerit piis locis ioluti.

14. Undecimo, contractus matrimonij in gradibus prohibitis. Nam etsi non ſit verus contractus, ſed ſolum accentuatus, eam attentionem vptore grauiſſimum peccatum merito reſeruari ſape expedire.

15. Praetatis Religionum antiquo tempore plures erant caſus reseruari, eaque de cauſa Clemens VIII. ſua conſtitutione potestatam Praetorium reſtrinxit, ne alios caſus, praeter ſtatutum ſubiectos, reſeruare poſſint abſque conſenſu Congregationis Generalis, vel Provincialis. Iij lunt.

16. Primus, veneficia, incantationes, ſorilegia, de quibus ſatis dixi tract. 17. de *vitiis relig. oppoſit. diſp. 1. & 2.*

Secundus, Apoſtaſia à religione, ſive habitu dimiſo, ſive retenſo, quando eō peruenient, ut extra lepta monasterij egressio fiat. Quod prudenter dicitum eft, quia vltore ad illum terminum non eft apostata exterior completa, neque iniuria regioni integrè facta. De hac Apoſtaſia vide dicta tract. 16. diſp. 4. paucit. 16.

17. Terterius eft, nocturna, ac furtiu ē monasterio, ſeu conuentu egreflo, etiam non animo apostaſandi facta. Vnde egresso furtiu diurna, eſi graue peccatum ſit, ſub reſeruatione non continetur, ſed necessariō debet eſſe nocturna, ſicut non continetur nocturna, niſi furtiu, vi bene notauiſ Suaret tom. 4. de *relig. tractat. 8. liber. 2. cap. 18. num. 5.* Nominē, furtiu, venti intelligenda quælibet egreflo contra voluntatem Praetati, tametsi per vim, & metum licentia extorta ſit: quia, cum ea licentia nulla ſit, in ea egressione quælibet furtiu commititur. Ex qua doctrina infert Suaret non excusat ab hoc furtiu egreflo, & reſeruatione, quod Superior conſentiat, ſi contra ſuum officium, & honorem Dei, & Religionis conſentium praefter: quia nulliter praefat. ac proinde eft egreflo furtiu comparatione Superioris praefati, vel religionis. Et idem dicendum de ipso Praetato, cui non eft permifla e conuentu egreflo in scandalum religionis cedens, quia ſic egrediens furtiu reflectu religionis egreditur.

18. Quartus, propriaſ contra votum paupertatis, que fit peccatum mortale, de qua proprieate late dixi tract. 16. diſp. 3. a. paucit. 2. Quinque, iuramentum faltum in iudicio regulari, ſeu legitimo. Nam extra iudicium faltum iuramentum, eſi graue peccatum ſit, non permititur reſeruari. Quinque, vi praedictum iuramentum faltum reſeruari ſit, debet eſſe in iudicio regulari, ſeu legitimo: quare, ſi ex aliquo capite iudicium nullum ſit, eſſet reſeruatio, quippe iudicium nullum regulari, & legitimum eſſe non poſſet, & tradit Suaret. diſp. 1. 8. num. 7.

19. Sextus, procuratio, auxilium, ſeu conſilium ad aborſum faclendum poſt animatum ſicutum, etiam effectu non ſequiſt.

Qua

Quae verba notanda sunt: nam, si referatio esset de abortus procreatione, effectu sequuto; nullatenus referatum esset peccatum, quousque abortus de facto succederet. Vnde, si ante abortus eventum, causa data penitentes, & ad confessionem accederes, a qualibet potente non reservatis absoluere, absoluisti postea; postmodum vero abortu succidente, peccatum referari non potest, quia virtute Sacramentorum penitentiarum delatum est. Atque ita tradit Azor. i. i. in his moral. lib. i. c. 7. Henricus lib. 5. de penitent. cap. 5. num. 5. & in comment. liti. 3. Fagund. de secundo Eccles. praecep. lib. 8. cap. 7. num. 18. tradunt in Anni Vega. t. 21. sum. c. 67. causa 3. Medina t. 2. q. 71. art. 5. in solut. ad 1. Rodrig. t. 1. sum. cap. 211. Graffis. i. p. decis. avarice. lib. 2. cap. 87. num. 14. in fine aduersus Sorum in 4. diff. 12. q. 1. art. 7. vers. Hinc fit Lopez 2. p. infrauct. c. 76. §. Sequitur. Et i. p. c. 23. §. Praterca. Thom. Sanch. lib. 9. de matrim. diff. 45. n. 29. Sed, quid, si tuum consilium, vel mandatum inefficax fuit, non solum ad causandum abortum; sed neque ad ponendam causam, ex qua inferri posset, sed quod consultus, & mandatus nullatenus virtute consilio, vel mandati moueat, erit causa referatur? Videtur esse: quia verba referentioris praedicto consilio, & mandato aprantur: siquidem est verum consilium, effectu non sequito. Sed oppositum verius censeo: quia consilium, seu mandatum, quod confilarium, & mandatum ad executionem non mouet, nullatenus influere potest in abortum. At praedicta referentiae, causa, sive physice, sive moraliter influentes in abortum referuantur. Non igitur referatur praedictum consilium, seu mandatum, cum moraliter non influat. Ita confirmari potest: quia procuratio, & auxilium referatum ad causandum abortum necessarium exigunt causam abortus apponi: alias intelligi non potest, qualiter procuratio, & auxilium sit. Ergo neque cenendum est adesse perfectum consilium, & mandatum, quousque confilarius, & mandatarius ad causandum abortum moucantur. Illa enim verba, effectu non sequito, non ad efficaciam intrinsecam consili, sed ad efficaciam extrinsecam, & effectum intentum referenda sunt.

20. Septimus, falsificatio manus, seu sigilli. Officialis Monasterij. Sub quibus verbis aduerte primo, non comprehendendi consilium, auxilium, vel fauorem ad falsificationem praefatae, qui non physice, & proprie falsificant, sed falsificationi operantur: & verba referentiae, vixio odiosa, sive cum proprietate intelligenda, vt notauit Fagund. de secundo Eccles. praecep. lib. 8. cap. 7. num. 21. Secundo aduerte, falsificare committi debere in subscriptione Officialis. Vnde, si literas Officialis falsificassis, dempta illarum subscriptione, vel proprio sigillo, in peccatum referuantur non incideres: quia factio non falsificas manum, vel sigillum. Nominem enim, manus, subscriptio communiter intelligitur, praterquam quod littera non subscripta, nec sigillo signata, authenticis non sunt, nec fidem faciunt: & tradit Fagundez supra. Deinde committere potes falsitatem in sigillo, si Praelati sigillo fortius acceperit, vel alio simili aliunde efformato litteras confignates. Ob fabricationem autem sigilli sigillo Officialis similis, etiam prauo animo factam, non incurris calum referuarum, quoque ex literis obsequies: tamenque ob futurum Officialis sigillum: quia haec falsificatio non de sigillo materiali, sed formalis (hoc est, de litterarum configuratione) intelligi debet, vti dixit Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 18. num. 8. Sed, quia litterae falsificande sunt, an necessariò spectantes ad regimen personarum, vel bonorum Conuentus, an etiam pertinentes ad singulariter ipsius Officialis personam: Suarez existimat, & latius probabiliter, vtrarumque litterarum falsificationem referari: nam falsificatio litterarum spectanteis propriam Officialis personam simpliciter est contra reuerentiam debitam tali personæ, ratione talis munera, etiisque muneri iniuria. Contrarium probabilitate non carerit, sicuti ipse Suarez affirmat: quia in ea falsificatione non videtur spectata persona, sed officium: non enim absque causa dictum est, falsificatio manus, seu sigilli Officialis, ut tacite excluderetur, quilibet alia falsificatio, quia non esset falsificatio illius, quia talis est: quippe verba in Constitutione odiosa non materialiter, sed formaliter intelligenda sunt. Negue obstat, eam falsificationem non solum iniuriarum esse Officiali, quia singularis persona est: sed etiam eius officio, & munera: quia solum est iniuriarum indirecta, & per accidentem; sed non directe. Referuatur ergo falsificatione illius, vixio referendanda, de falsificatione iniuriarum Officiali, quia talis est, ac proinde de falsificatione commissa in eius munere, & officio intelligi debet. Tertiò aduerte, nomine, Officialia, proprie intelligi Secretarium Generalis, Provincialis, seu Praelati Conuentus, cuius manu, vel sigillo ordinaciones Generalis, Provincialis, & Prioris Conuentus obsequiantur. Sed non obinde excludendus est Generalis, Provincialis, aut Superior Conuentus, quorum manus, aut sigilli falsificatio a fortiori reservata est. Tum, quia ratio referentiae efficacius in ipsis, quam in eorum Secretariis procedit, quippe ut religione magis nocua. Tum quia ipsis sunt potius, quam

corrum secretarij religionis officiales, vt notauit Fagund. de secundo Eccles. precept. libr. 8. cap. 7. num. 22. Suarez dicto tom. 4. de relig. tractat. 8. libr. 2. cap. 18. numer. 8. Extenditque Suarez hanc doctrinam ad quocunque officialem Conuentus, penes quem sit aliqua personarum, vel bonorum administratio, qualis esset in alia Religionibus Vicarius, Subprior, & in Societate Minister; item Procurator conuentus: quia verè sunt Religionis Officiales. Sed non carerit difficultate hæc extensio: quia Vicarius, & Subprior, praesente Prelato, limitatam, & quasi politcam, & domestican habent iurisdictionem; nec solent sigillo ordinationes obsequiare. Quod à fortiori procedit in Procuratore conuentus, qui non solet sigillum speciale habere, neque inconsulto Prelato contractus aliquius momenti celebrare. Ergo non de ipsis officialibus referuario intelligitur; sed de officiali, quo Superioris religionis ordinationes subditis, vel aliiis Superioribus transmittunt: quia ipse cum superiori idem tribunal constituit; eandemque personam representat. Praeterea non sine causa appositum est nomen *Officialis Conuentus*, in singulati numero, vt staret pro famosori significatio, excluderenturque alii Officiales & Ministri, qui non sunt tam officiales Conuentus, quam aliquorum munerum ipsius.

21. Octauus, furtum de rebus monasterij in ea quantitate, que sit peccatum mortale. Circa quem dubitari potest, qualiter à quanto casu distinguitur; siquidem ibi proprietas contra votum paupertatis referatur. Dicendum est, contingere posse, aliquem, factio voto paupertatis, proprietatem suorum bonorum retinere contra Praelati voluntarem, vt in Religionibus Societatis Iesu, qui votis biennijs non priuariant bonorum suorum dominio: ij enim si contra Praelati voluntatem bonorum suorum proprietatem retineant, in casum referuatum incidunt. Reliqui vero religiosi, etiunq; iure ecclesiastico proprietate, seu dominio suorum bonorum voto paupertatis priuenter, nequaquam possunt attentare proprietatem retinere, quin simul furtum committant: quippe nullius rei proprietas ipsis communicari potest; sed necessariò in monasterium transire, ac proinde illius usus Praelato invito furtum est. Verum esto, ita sit, & hac ratione quartus casus ab hoc octauo distinguatur: credo ramen praepucie distinguiri in eo, quod quartus casus referuatur attentatam Religiosi proprietatem quorundamque bonorum, sive Monasterij, sive aliciuius persona secularis. Nam, si Religiosi bona secularia contra voluntatem suorum Dominorum usurpasse expendenda, sine dubio viatum proprietatis referuatum committeret, & in quartum casum incidet: sed non in octauum, cum ea proprietas non esset furum de rebus monasterij: si quidem ea bona in monasterium non sunt translata. Quocidam vt in octauum casum incidat, debet ex rebus Monasterij esse furtum, & proprietas. Neque ab hoc furo exculatur Religiosus: tamen si bona usurpata vixio aliciuius Religiosi definita sit: quia ex hac destinatione non definitur illa bona esse conuentus: semper enim conuentus sunt, dum non consumuntur. Neque item exculatur, tamen si bona non sint aliciuius Conuentus determinata, qualia sunt bona totius provinciae, & quæ Provincialis vixio destinantur. Sacis enim est, quod sint omnium conuentuum; nam eo ipso fuit illius, & aliorum, vt bene notauit Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. c. 18. n. 11.

22. Non, lapsus carnis voluntarius opere consummatus. Quae verba inquit Suar. supra, num. 12. duplicum sensum habere possunt. Primus, & nimium rigidus est, vt lapsus carnis, qui actu exterior mortaliter peccaminolo perficitur, referuatur, tamen in sua iniqua specie perfectus, & consummatus non sit. Luxta hunc sensum excluduntur à referentiae omnia peccata puræ interiora, quaque in actu exteriori non prodeunt: quia opere non consummuntur. Deinde excluduntur, tamen in actu exteriori prodeant, dummodo ille actus exterior ex se, & seclusa extrinseca intentione solum sit leuiter peccaminolo. Vnde sub referentiae ille lapsus carnis tantum continetur, qui in opus exterius per se spectatum mortaliter peccaminolument transferit. Alias sensus illorum verborum, opere consummatus, mitior est, eaque de causa approbat à Suar. vt, scilicet, intelligantur de consummatione in propria specie. Species igitur luxurie videntur esse fornicatio, pollutio, sodomitria, bestialitas. Vt autem lapsus carnis referuatus sit, aliqua harum specierum debet complexi neque sufficit completi medius ad ipsam ordinatis, tamen si mortalita sit, vt fuit ratus ex se impudici. E contra etiam non requiritur ad referentiam, vt bene aduertit Suarez, quod lapsus carnis secundum intentionem peccantis consumetur; si tamen in sua propria specie consummatus sit, alias pollutionem habens, cum sodomiam, seu fornicationem procurauit, neque intentum consequitus est; peccatum referuatum non habetur: quod nullatenus est dicendum, cum sit lapsus carnis voluntarius in sua propria specie exterior consummatus.

23. Decimus, occasio, aut vulneratio, seu grauis percusso cuiusunque persona. Tria in hoc casu referuantur. Primo, homicidium. Secundo, vulneratio, que est apertura corporis iactu inficta, ut dixit Ambro. Calepin. Tertio, grauis cuiusunque percusso, que abique vila apertura, incisione, & mutilatione esse potest. Solùm adiutorio, percutiōnem supradictis verbis referuatam illam videri, quæ in ratione percussioneis grauis est, non quæ ex accidenti extrinseco, scilicet, ob Honorem, & famam laesam grauis censuratur, sicuti de percusione pugnae, palmae, digitis, pedis, sensit Nauar. *summ. cap. 27. numer. 91.* referens quandam Extravag. qua incipit, *Perlepsit.* que tamen in lege non invenitur. Quod si roges, que est censenda grauis percusso. Relpondeo cum Nauar. *supr.* & Suar. *tom. 5. de censur. disp. 22. sect. 1. num. 90.* arbitrio prudentis diuidandam esse. Regulariter illa est grauis percusso, quæ signum sui in parte præcipua corporis reliquit. Monent tamen Nauar. Suar. & Fagund. in *secundo Eccles. præcep. lib. 8. cap. 7. num. 24.* sepe dignitatem personæ grauem percussionem constitueret, quæ alioquin leuis esset, colligiturque aperi ex cap. *cum illorum de sentent. excommunic. & Glossib.*

24. Undecimus, qui referari potest ex Constitutione Clement. VII. I. est malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum a superioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad Superiorum. Circa quem casum optimè adiuret Suar. *tom. 4. de relig. tract. 8. libr. 2. cap. 18. num. 12.* debere malitiam, tum in impedimentoo, tum in retardatione, tum in aperiōne litterarum interuenire, neque lufscere ignorantiam, aut negligientiam crassam. Impedire autem, si retardare litteras potes, si malitiosē impediās, ne tabellaria inveniatur, neve deferat, ne delatas tradat; sed apud se retineat. Et à fortiori censendus est impeditio, & retardatio, si tu illas surripias, occultes, vel comburas, ne ad manus illius, ad quem mittuntur, perueniant. Secūs esset, si cursore ordinario contentus, velociterem omitteres, cum facile posses inuenire: illius enim omisso non est positiua illarum retardationis, sed velocioris illarum cœfus negatio. Deinde referari potest aperi litteras superioris ad inferiores, vel è contra, abisque vila autoritate animo cognoscendi secreta contra voluntatem scribentis. Quinimò referari potest sola aperiō in iuriaria litterarum; tametsi non legantur: quia auctoritate superioris, cœlus sunt litteræ, vel ad quem mittuntur, latit offendit, vbi tradit Fagund. *de secundo Eccles. præcep. lib. 8. cap. 7. in fine.*

III.

Expenduntur casus specialiter in Societate Iesu referati.

1. Qui referuntur in Societate.
2. Expendit primus, qui est perjurium, & falsum testimonium.
3. Secundus, fursum, & usurpatio rei contra votum pauperum.
4. Tertiū est lapsus carnis voluntarius.
5. Quartus, inobedientia expressa.
6. Quintus, sedicio in Superiorum, & diuisio à capite.
7. Sextus, detracitio famæ, &c.
8. Septimus, impedimentum excludens à Societate retinuisse in examine, vel in eo mentitum esse, &c.
9. Octauus, acceptio, vel missio litterarum absque licentia expressa, &c.
10. Nonus, transgressio votorum simplicium.
11. Decimus, censura seu peccata habentia in Constitutionibus censuram annexam.
12. Casus Pontifici referati, à fortiori referati in Religione sunt.

Verum in Religione sanctissima Societatis, cuius institutum à pubertate, est indigne, suscepit, vñnam ab incunabulis suscepit, auctoritate quinta Congregat, generalis decret. 40. & 46. alias 67. & 73. non solum predicti casus referuntur sibi, sed illis additi sunt decem. Primo, perjurium, & falsum testimonium in iudicio, vel extra. Secundo, & fursum, & usurpatio aliquius rei contra votum pauperum in ea quantitate, quæ officiat peccatum mortale. Tertiū, lapsus carnis voluntarius, & quidquid est contra votum castitatis, quod in actum externum prodeat. Quartū, inobedientia expressa, quæ quis alteris, se nolle parere. Quintū, sedicio in Superiorum, & diuisio à capite, in grave documentum Societatis. Sextū, detracitio famæ, bona quoce existimationis aliorū, & discordiarum feminat inter fratres. Septimū, impedimentum excludens è Societate retinuisse in examine, vel in eo mentitum esse, vnde graue incommodum oriri possit. Octauū, acceptio, seu missio litterarum absque licentia expressa, quæ, scilicet, acceptio, vel missio contineat rationem peccati mortalis.

Nonò, transgressio votorum simplicium, quæ professi emitunt post professionem. Decimo, censura Societatis, seu peccata, quæ in nostris constitutionibus, bullis, vel decretis annexam habent excommunicationem. Hæc omnia cum manifestè erunt mortalia, & in actum exteriorum prodierint, referantur superiori domus, vel collegij, & ab aliis, nisi de expresa licentia illius, ab illo non possunt. Si haberut in Ordinationib. generalib. cap. 5. de casib. referuntis. Néque hæc tantum cum additione nimis videri debet referatio, cum omnes in grauite religionem offendant, nimisque de deceant Religiosos frequenter cum saecularibus communicantes, quæ sunt in nostra Societatis, ob quam cum proximis communicationem non levibus periculis labendi sunt expositi; ideoque expedit, prædictoribus referuntur, tanquam quodam franco contineri; & à Superioribus cognoscí, vt quod fieri possit, ab occasionibus cadenti amoeantur.

2. Placet in gratiam religiosorum breuiter prædictos casus percurtere. Primo referatur per iurium, hoc est, iuramentum veritate carens, quoque modo aduentus protuleris, siue in iudicio, vt actor, vel reus, vel testimoni; siue extra iudicium in contradictionibus, politicique conuersationibus. Deinde referatur salutis testimonium, quod proximum grauite laedit, tametsi iuratum non sit; alias opus non esset, vt peccatum distinctum à perjuria referatur. Et forte ob hanc præcipiū causam additum est, in iudicio, vel extra. Etenim in iudicio raro vel nunquam testis depositi, nisi iuratus, scilicet extra.

3. Secundò referatur fursum, & usurpatio aliquius rei contra votum pauperatis in ea quantitate, quæ officiat peccatum mortale. Ex decreto Clement. VII. I. referari potest in qualibet religione fursum, & usurpatio ex rebus monasterij. At in Societate referatur fursum, & usurpatio ex bonis cuiuscunque persona in ea quantitate, quæ peccatum mortale constituit. Quæ autem haec sit, dixi tract. 16. de statu religios. disp. 3. de voio pauperi. pun. 20. & 21. Quod si res, in quæ habes dominium absque prælati licentia distribuas in peccatum incidit referatum, tum iuxta decretem Clement. enst. 4. quia proprietarius es, cum proprietas vñm contra votum pauperatis accipias. Tum iuxta hanc referacionem, in qua usurpatio cuiuscunque rei contra votum pauperatis referatur. Neque negari potest, illius rei vñm contra voluntatem prælaci esse usurpatiem contra votum pauperatis.

4. Tertiò referatur lapsus carnis voluntarius, & quidquid est contra votum castitatis, quod in actum externum prodeat. Alicui videri possent hæc posteriora verba superflue, siquidem sub lapsu carnis voluntario, qui necessario subintelligi debebat, in actum externum prodeunte, videbantur continentia. Sed prudenter addita sunt, ne quis putaret, solū lapsus carnis voluntarium in sua specie complectum referari: nam cum referatio si stricti iuris, quippe iuridictionem iure competentem restrigat, merito sub referentia lapsus carnis voluntarij, solus lapsus carnis perfectus, & consummatus in sua specie intelligi posset. Ut igitur omnis dubitatio tolleretur, addita fuerunt illa verba: *Ei quidquid est contra votum castitatis, quod in actum externum, prodeat.* Quibus manifestè significatur, quemlibet actum externum per se castitati grauite contrarium, tametsi in specie luxuriae consummatus non sit, peccatum esse referatur. Noranter dixi, per se: nam si ex intentione, & relatione solū exprimitur operantis castitati grauite adueretur, sicuti adueretur quodlibet opus bonum, vel indifferens prava, & inhonesta intentione factum, nullatenus in calum referatum incidere: quia ex se ille actus exterior nullam habet malitiam; sed folium ex accidenti & extrinseco, & soli Deo cognito, quale est prava intentio operantis. Quinimò, se fatus exterior malus sit; si tamen in se specie mortalem malitiam non habeat; sed solū veniale, sicuti communiter dicitur de visione euangelio feminæ, de leui tactu manus, & similibus; tametsi inqua, & mortali intentione fiant, calus referatur non erit; quia ea malitia, quatenus mortalis est, non prodit in exteriorum actum. Hac enim de causa à peccato heretici referato exclusum tract. 4. de fide, disp. 3. pun. 3. verba hereticæ intentione dicta, ex quibus per se spectatis colligi heretici non possit: quippe illa non est censenda hereticæ exterior, sed interior. At ex predictis actionibus colligi non possit mortalitas intentionis. Non igitur erit calus referatur: & tradit Suar. 2. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. c. 18. n. 12. Secundū effet dicendum, si vñm vel ratu alijs leui feminæ indicares tuam iniquam voluntatem; qui eo calu viuis, vel tactu, non quatenus tales sunt, sed quatenus indicant iniquum affectum, referuntur erunt: sunt enim quedam muta sollicitatio.

5. Quartus, referatur inobedientia expressa, quæ quis asserit, se nolle parere. Prudenter additum est verbum, expressa, &c. vt intelligatur solam inobedientiam formalem, & expressam referuntur esse. Nam inobedientia materialis in omnī præcepti violatione reperitur, (quam non est credendum referari, alijs omnia peccata mortalia referuntur effent;) sed non reperitur formalis; quæ in eo consistit, vt præceptum violatur: quia tibi præceptum est, quod necessariò ex cōtempno præce